Quelle: https://manuscripta.at/?ID=4777
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



1 Cesarij epi 3 8 6

fratres ad vita eterna peccauerunt et capitalia peccata non admiserunt venturi sunt Sed plus aut in seculo per dei iustitiam uel miam sic iam dictum amarissimis tribulationibus exquirendi aut illi ipsi per multas elemosinas et dum inimicis clementer indulgent per dei miam liberandi sunt certe illo igne de quo dicit apostolus longo tempore cruciandi ut ad vita eterna sine macula et ruga perueniant Illi vero qui aut homicidium a fratre gesserunt aut adulterium vel reliqua huius silia commiserunt sicut iam dictum est si eis digna penitencia non subuenerit in purgatorium igne huiusmodi mittebunt ad vita sed ab eterno incendio perpetuam ad morte Et ideo quotiens in lectione apostolica audieritis Si quis super fundamentum hoc edificat aurum argentum lapides preciosos de sanctis hoc est perfectis operibus acceptis qui velut aurum purgatum merebunt ad eterna premia perueniet Illi vero qui superedificat lignum fenum stipulam de bonis operibus sed tamen ad minuta peccata purganda negligentibus ut sepe dictum est intelligite Quia peccata si diuina iustitia multis tribulationibus non purgauerit nec unus quisque elemosinarum largitate redimere euaserit non sine grandi dolore in illis inferebitur illud quod dicit apostolus Si cuius opus arserit detrimentum patietur ipse autem saluus erit sic tamen quasi per ignem Nemo tamen sit iam super dictum et sepium euadere ut hoc eadem peccatis cum illis si mandata remanserint posse fieri credat Et ideo sicut iam sepe dixi quantum possumus euadere et minuta sine quibus esse non possumus iugiter amore inimicorum elemosinarum largitate redimere prestante domino nostro ihesu xpo qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat In secula seculorum Amen

Admonitio per quam ostenditur tria genera elemosinarum quibus peccata alias laborem corporis redimi possunt

Iusti et misericordes dni sicut hymni multis modis occasionibus uel optimitatibus preide digna quibus